



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

28 Praesentatus ab eo qui favorablem reportavit sententiam, an lite finita
debeat institui & provisus ab Episcopo removeri, Concessum illegitimè,
pro non concesso habetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

²⁷ *U*is super jurepatronatus sitem oriri contin-
gat, dubitatur, si intra quadrimestre,
vel semestre tempus litis finis imponi non
contingat, † an Episcopus invitis patro-
nis, possit beneficio de rectore provide-
re, & est distinguendum, quia, cum Epi-
scopus habeat intentionem fundatam,
quod omnia beneficia sint libera, aut lis
pendet inter procuratorem cameræ Epi-
scopalis prætendentis beneficium vacans
pertinere ad meram collationem Epi-
scopi, & esse liberum, & ipsos patronos
prætendentis jus præsentandi, & patrono-
natus ad eos pertinere, & tunc, lite
pendente, non potest Episcopus provide-
re invitis patronis, sed debet ponere ceco
nomum in ecclesia, qui provideat, ne in di-
vinis detrimentum patiatur, usque ad
finem litis, Innoc. in cap. 1. in fin. de jur.
patr.

Aut lis pendet inter ipsos patronos di-
scordes in præsentatione, seu inter litigan-
tes, quorum unus prætendit, alterum non
esse patronum, aut jure suo cecidisse, vel
cenuacisse, & tune ipsis invitis, salvo jure
præsentandi illi, qui postea evicerit juspa-
tronatus in fine liti, Episcopus poterit de
rectore ecclesiæ providere, cap. quoniam in
fin. & cap. eam te, & ibi gloss. & Abb. n. 1.
2. & 3. de jur. patr. gloss. in cap. cum vos. in
vers. economos, de offic. ord. Innoc. in d.c. 1.
circ. fin. & ita distinguit gloss. in c. si plures,
16. quest. 7.

Lite finita, queritur, † nunquid præ-
²⁸ sentatus ab eo, qui favorabilem reporta-
vit sententiam, debeat institui, & provi-
sus ab Episcopo removeri, & aliquibus
videtur, quod non: contrariam tamen sen-
tentiam puto veriore, quod sit removen-
dus, & hoc casu præsentatus à patrono est

instituendus per text. in c. decernimts, 16;
quest. 7. cap. consultationibus, & ibi gloss. fi-
nal. de jure patr. quia pro non dato habe-
tur, quod ab illo datur, qui de jure donare
non potest, cap. nostri. & ibi gloss. in verb.
revocare, de elect. & cap. quod autem, in fin.
de jure patr. deducta verò in contrarium
procedunt in præsentato ab uno ex patro-
nis in possessione jurispatronatus existenti,
contra quem, non obstante, quod in pro-
gressu liti feratur sententia, non est ren-
vendus, & in his terminis de Episcopo, qui
erat in possessione conferendi, loquitur
Covarr. lib. pract. qu. c. 14. n. 2. ver. tertium
imm.

²⁹ *J*uspatronatus, † quod originem ha-
buit ex patrimonio alicujus laici, &
quod fuit patronatus laicorum, queri-
tur, an si postea donatione, testamento,
aut alio quovis titulo, in ecclesiam fue-
rit translatum, aut in collegium ecclesi-
sticum canonicorum secularium, vel
regularium, ita quod ad rectorem eccle-
siæ, vel collegium, pertineat præsentatio,
retineat qualitatem jurispatronatus laico-
rum, vel mutet naturam, & efficiatur jus-
patronatus clericorum, & ecclesiasticum,
& eandem naturam consequatur, & vide-
tur, quod retinere debeat suam primam na-
turam jurispatronatus laicalis, quia persona
ecclesiastica habens juspatronatus laicale
infra quadrimestre, pro ut laici, præsentare
debet, quamvis in jurepatronatus ecclesi-
stico habeat semestre: & cum ecclesia, sive
collegium in jure alterius succedat, eodem
jure uti debet, l. qui in jus, ff. de reg. jur. &
cap. ii, qui in jus, eod. tit. in 6. Tamen,
quia res est facta ecclesiastica, ecclesi-
stico debet jure censer, gloss. in cap. unic.
in verb. semestre, de jur. patr. in 6. & quod
efficia-